Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



199

non alius et oculi mei conspiciunt. Salvatorem. Lectio
Melius est nomen bonum quam unguenta pretiosa. Dies mortis die nativitatis. Melius est ire ad domum luctus quam ad domum convivii. In illa enim finis omnium admonetur homo et vivens cogitat quid futurum sit. Ps. Domine Lazarum resuscitasti de monumento fetidum. Tu eis domine dona requiem et locum indulgentiae. V. Requiem etiam dona eis domine et lux perpetua luceat eis. Tu eis. Lectio. Memento homo creatoris tui in diebus iuventutis tuae antequam veniant tempora afflictionis tuae et veniat tempus afflictionis tuae et reintetur pulvis in terram suam unde erat et spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Ps. Domine quando venis iudicare quo ubi me abscondam a vultu ire tuae quia peccavi nimis in vita mea. V. Confusa mea domine pavesco et te te erubesco dum venis iudicare noli me condemnare. Quia. Lectio. Quiescant mortui tui domine. interfecti mei resurgent. Expergiscimini et laudate qui habitatis in pulvere. quia ros luus ros tuus et terram gigantum detrahes in ruinam. Ps. Heu mihi domine quia peccavi nimis in vita mea a quo fugiam miser ubi fugiam nisi ad te deus meus miserere mei dum venis in novissimo die. V. Anima mea turbata est valde sed tu domine succurre ei. Dum. Lectio
Haec dicit dominus de manu peccatorum liberabo populum meum. de morte redimam eos. Ero mors tua o mors morsus tuus ero inferne. Consolatio abscondita est ab oculis meis. quae inter fines dividet. adducet